



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

254. De Sodomitis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

308 REGINONIS LIB. II.
septem dies pœnitentia. Monachus similiter.
Qui voluntariè semen fudit in Ecclesia, si Clericus est, quatuordecim, si monachus aut Diaconus, triginta dies, si Presbyter, quadragesima, si Episcopus, quinquaginta dies pœnitentia.

De quadrupedum fornicatione.

Burchard. lib.
17. c. 32.

CC LIII. Qui cum pecude peccat, annum unum. Quidam judicant annos decem, quidam septem, quidam quatuor, quidam centum dies.

Item.

Si quis Clericus cum quadrupede fornicatus fuerit, annos duos, Subdiaconus tres, Diaconus & monachus quinque, Presbyter septem, Episcopus decem pœnitentia.

De Sodomitis.

Halitgar. lib.
6. c. 25.
Burchard. lib.
17. c. 34.

CC LIV. Qui fornicaverit sicut Sodomitæ, quidam judicaverunt decem annos, quidam septem, alij unum. Pueri centum dies. Alij judicaverunt, si in consuetudine est, laicus annos quinque, Clericus septem, Subdiaconus & monachus octo, Diaconus decem, Presbyter duodecim, Episcopus tredecim pœnitentia.

De eadem re. Ex Concilio Ancyrano.

Concil. An-
cyr. c. 15.
Rhab. epist.
ad Heribald.
c. 31.

CC LV. De his qui inrationabiliter versati sunt sive versantur, quotquot ante viginti annos ætatis tale crimen commiserunt, quindecim annis exactis in pœnitentia communio-